

QUI SE VOLET metrum quintum quod dicitur parthemicum de quo habitum est supra libro secundo metro quinto, in quo ostendit quomodo <sup>u</sup>vera potencia est acquirenda dicens quod <sup>u</sup>vera potencia consistit<sup>1</sup> in reprimendo <sup>u</sup>viciosos motus et concupiscencias inordinatas quia sine hoc nullus quantumcumque dominetur <sup>u</sup>vere potens est. Dicit ergo ILLE QUI VOLET SE ESSE POTENTEM DOMET ANIMOS id est motus<sup>2</sup> animi FEROCES id est crudeles quia crudelitate<sup>3</sup> homo feris assimilatur. Unde Seneca libro tercio de ira ad Novatum narrans <sup>u</sup>quo modo <sup>u</sup>Lisimachus rex Thelessorum Rodium amicum suum deturpaverit<sup>4</sup> aures et nares abscindendo ac in <sup>u</sup>cavea <sup>u</sup>velut <sup>u</sup>noy<sup>u</sup> animal pascendo subiungit in fine quod cum dissimilimus<sup>6</sup> esset homini qui talia paciebatur<sup>7</sup> tamen dissimilior erat qui faciebat. Nec solum cohibenda ferocitas ut homo sit <sup>u</sup>vere potens sed (3) NEC SUBMITTAT COLLA VICTA LIBIDINE<sup>8</sup> FEDIS HABENIS id est <sup>u</sup>viciosis motibus. (5) ETENIM LICET INDICA TELLUS TREMESCANTUA<sup>9</sup> IURA LONGE id est licet potestas tue iurisdictionis longe se

a xvii, c. 3-4

- 1 consistit RO consistat J constat P / 2 motus RPO om. J /  
 3 crudelitate RPO tradelitate J / 4 narrans RPO monstrans J /  
 5 deturpaverit PO deturpavit R deturpauit J / 6 cum dissimilimus RO  
 cum dissimilis P credissimilimus J / 7 paciebatur RPO pavebatur J /  
 8 libidine RPO libidinem J / 9 tua JO om. RP /

extendat usque ad Indiam que est ultima provincia Asie inter  
 orientem et meridiem<sup>10</sup> sita (7) ET SERVIAT ULTIMA TYLE que est  
 insula ultra Britanniam inter occidentem et septentrionem sita  
 a sole nomen habens sicut dicit<sup>11</sup> Ysidorus libro nono capitulo de  
 insulis quia in ea solsticium estivum sol facit et nullus ultra  
 eam dies est unde pigrum et concretum est eius mare (8) TAMEN NON  
 POSSE PELLERE ATRAS id est obscuras CURAS id est sollicitudines  
 viciosas que obscurant<sup>u</sup> virtutem (9) FUGAREQUE MISERAS QUERELAS  
 scilicet quo<sup>u</sup> proveniunt ex adversitate fortune de qua proprium  
 est miserorum conqueri (10) POTENCIA NON EST. Unde de Alexandro  
 Macedonensi dicit Seneca in<sup>12</sup> quadam epistula ad Lucillium (que  
 sic incipit: Desideras tibi scribi): Alexander Persas Hyrcanos et  
 Indos et quicquid gentium usque in oceanum extendit oriens  
 vastabat fugabatque sed ipse<sup>13</sup> modo occiso amico modo amisso  
 iacebat in tenebris alias scelus alias desiderium suum merens  
 victor tot regum atque populorum ire tristitieque succumbens.  
 Id<sup>14</sup> enim egerat ut omnia potius in potestate haberet quam suos  
 affectus.

2 XIV vi, 4

113, 29 et 5.

10 meridiem RPO miridiem J / 11 dicit PO hñs R ostendit J /

12 seneca in RPO sen<sup>c</sup>im J / 13 sed ipse RPO si ipse J /

14 id RPO idem J /